UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Origenes

Rothomagi, 1668

Addenda Notis Et Observationibvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19358

Visual Library

ADDENDA
NOTIS ET OBSERVATIONIBVS.

Pag. 19. col. 1. verſ. 3. 4. uſum Origenem fuiſſe dicendum eſt. ADD. In vetuſto Codice Renati Marchali, quem habent Claromontani Patres Societatis Ieſu, & quo Prophetæ ſacri omnes continentur, cum ubique fere adſcripti ſunt capitum & verſuum numeri, tum maxime ad prophetiam Ezechielis, quæ in capita 56, verſus ſexcentos ſupra mille diſcreta eſt: ſive ex vetuſtiore exemplari, unde iſtud deſcriptum eſt, diviſionem hanc tranſtulerit librarius, ſive ingenio ſuopte commentus ſit.

Pag. 19. col. 1. verſ. 27. 28. at in libros quinque diſtributum. ADD. Quod ait autem Hilarius Pſalmos à LXX Senibus in numerum & ordinem fuiſſe redactos, de Pſalterio Græco intelligito: nullis ſiquidem numerorum notis Pſalmos fuiſſe ab Ebræis ſua ætate diſtinctos Origenes prodidit. Memorabilis hic ipſius locus ex Catena Regia ad Pſalm. 2. 7. υἱός μου εἶ σύ. καὶ ἐν ταῖς πράξεσι δὲ τῶν ἀποστόλων τὸ υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, εἰλῆφθαι ἐκ τοῦ α΄ ψαλμοῦ· ὡς γὰρ γέγραπται, φησὶν, ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ· υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε· τὰ ἑλληνικὰ μέντοι ἀντίγραφα, δεύτερον εἶναι τοῦτον μηνύει. καὶ τοῦτο δὲ οὐκ ἀγνοητέον, ὅτι ἐν τῷ ἑβραϊκῷ οὐδεὶς τῶν ψαλμῶν ἀριθμὸς παράκειται. Vbi obſervatione dignum eſt, pro eo quod vulgo legitur Act. 13: 33. ἐν τῷ ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ quodque ſequuntur Editiones univerſæ, ſcriptum olim fuiſſe, ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ· quam lectionem hodieque præfert Vetus Codex Græcolatinus Evangeliorum & Actorum Apoſtolicorum, quem Academiæ Cantabrigienſi donavit Theodorus Beza.

Pag. 21. col. 1. verſ. 23. videtur παρέλκειν. ADDE. Pag. 164. οὐδ' ἐπιδέχεται ἡμῶν ἡ καταστασις βελτιώσεων·] Et tamen alias ſæpiſſime docet animas, quocunque loco ſint, ſive antequam corpora ſubeant, ſive dum inſunt corporibus, ſive poſtquam iis exierunt, reparari poſſe in melius per virtutem & recte facta, vel delabi in pejus per noxas & vitia. Id ex inſtituto tractamus in Origenianis.

Pag. 23. col. 1. verſ. 14. Tatinus alia edidit, alia vertit. ADDE. εἰς δὲ πλείω τῶν λογικῶν ὁ λόγος.] Oſtendimus in Origenianis accuſatum fuiſſe Adamantium hoc nomine, quod dixerit rebus omnibus præeſſe Patrem, rebus ratione præditis Filium, Sanctis duntaxat Spiritum ſanctum.

Pag. 28. col. 1. verſ. 37. ᾤοντο ἂν αὐτὸν εἶναι, &c.] Origenes in Catena Corderiana in Iohannem, ad cap. 2. verſ. 12. ζητεῖται παρὰ πολλοῖς περὶ τῶν ἀδελφῶν Ἰησοῦ πῶς εἶχε τοῦτο, τῆς Μαρίας μέχρι τέλους παρθένου διαμεινάσης· ἀδελφοὺς μὲν οὐκ εἶχε φύσει, οὔτε τῆς παρθένου τεκούσης ἕτερον, οὐδὲ αὐτὸς ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ τυγχάνων. νόμῳ τοιγαροῦν ἐχρημάτισαν αὐτοῦ ἀδελφοὶ, υἱοὶ Ἰωσὴφ ὄντες ἐκ προτεθνηκυίας γυναικός· καὶ ἐπεὶ καθ' ὁμολογίας γυνὴ αὐτοῦ ἡ Μαριὰμ ἐχρημάτισε. τοῦτο γὰρ ὁ Μωϋσέως διδάσκει νόμος, μοιχείας τιμωρίαν ἐπάγων κατὰ τοῦ ἐπιβαίνοντος μνηστευθείσῃ παρθένῳ· ἐπιφέρεται γάρ· ἀνθ' ὧν ἐταπείνωσε τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον αὐτοῦ. τὴν κατεγγυηθεῖσαν αὐτῷ παρθένον, γυναῖκα λέγων· ἀκολούθως τῇ τοιαύτῃ διατάξει ἀδελφοὶ τοῦ Ἰησοῦ εἴρηνται οἱ ἐκ τοῦ Ἰωσὴφ, εἰ καὶ αὐτὸς ἐξ αὐτοῦ μὴ τυγχάνει.

Pag. 31. col. 2. verſ. 18. diem ſuum natalem fuiſſe execratos. ADDE. Origenes in Geneſ. 40. 20. ex Catena Romana: τὴν γὰρ περὶ ἡμῶν εἴποι τις, ὅτι φαῦλός ἐστιν ὁ τὰ γενέσια τιμῶν πράγματα, καὶ τὴν ἡμέραν τῆς γενέσεως αὐτοῦ ἀποδεχόμενος· ὅπως δὲ βεβαιώσωμεν τὴν διήγησιν καὶ ἐπὶ τοῦ Ἡρώδου, τὸ παραπλήσιον εὑρόντες, ὅτε ἡ θυγάτηρ Ἡρωδιάδος ὠρχήσατο, καὶ ἀπετέμνετο ἡ Ἰωάννου κεφαλή. καὶ οὐδαμοῦ δίκαιος φαίνεται γενέθλιον ἄγων ἡμέραν.

Pag. 38. col. 2. verſ. 24. 25. ſeipſum ſancti Sacramenti fructu fraudaverit. ADDE. Id ſibi velle videtur Origenes, vel Chryſoſtomus, vel quiſquis ad Matth. 14. 36. id ſcripſit in Catena Origeniana à P. Combefiſio collecta, & nondum edita: τὸ δὲ προσελθεῖν μετὰ πίστεως, οὐ τὸ λαβεῖν ἐστι μόνον τὸ προκείμενον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τῆς πρεπούσης διανοίας ἅψασθαι. τὸ ἁπλῶς διανοηθῆναι, ὡς αὐτοῦ προσιόντας τοῦ χειρός.

Pag. 39. col. 1. verſ. 20. 21. ſancti Spiritus ſanctificari. ADDE. Ambroſius De fide libr. 4. cap. 5. *Nos quotieſcunque Sacramenta ſumimus, quæ per ſacræ orationis myſterium in carnem transfigurantur & ſanguinem, mortem Domini annuntiamus.*

Pag. 41. col. 2. verſ. 57. 58. Quamquam ſcribit. ADDE. Megaſthenes apud Plinium libr. 8. cap. 14. *in India ſerpentes in tantam magnitudinem adoleſcere, ut ſolidos hauriant tauros, cervoſque.* Id confirmatur ex eo quod refert.

Pag. 43. col. 2. verſ. 35. 36. doctrinam hanc fuſe perſequitur & aſſerit. ADDE. ὁ δὲ αἰώνιος &c.] Damnoſam ἀποθέσεως & αἰωνομετεμψυχώσιας doctrinam hic proponit Origenes, & aliis quoque locis, qui in noſtris Origenianis notati ſunt, libr. 2. cap. 2. quæſt. 7. paragr. 18.

Pag. 45. col. 1. verſ. 51. 52. ſed præcipuo quodam modo ſuper Petrum. ADDE. *Vide,*

inquit Origenes Homil. 5. in Exod. *magno illi Eccleſiæ fundamento, & petræ ſolidiſſimæ, ſuper quam Chriſtus fundavit Eccleſiam, quid dicatur à Domino.* Hinc eum Apoſtolorum principem appellat Homil. 17. in Luc.

Pag. 46. col. 1. verſ. 25. 26. ampliorem poteſtatem Petro tribuit, quam reliquis quibuſcunque ADDE. Auguſtinus Serm. 26. de Diverſ. *Numquid iſtas claves Petrus accepit, & Paulus non accepit? Petrus accepit, & Iohannes, & Iacobus non accepit, & cæteri Apoſtoli? Aut non ſunt iſtæ in Eccleſia claves, ubi peccata quotidie dimittuntur? Sed quoniam in ſignificatione perſonam Petrus geſtabat Eccleſiæ, quod illi uni datum eſt, Eccleſiæ datum eſt. Ergo Petrus figuram geſtabat Eccleſiæ; Eccleſia corpus Chriſti eſt.* & Tract. 118. in Iohann. *Sicut in Apoſtolis cum eſſet etiam ipſe numerus duodenarius, ideſt quadripartitus in ternos, & omnes eſſent interrogati, ſolus Petrus reſpondit: Tu es Chriſtus Filius Dei vivi; & ei dicitur: Tibi dabo claves regni cælorum; tamquam ligandi & ſolvendi ſolus acceperit poteſtatem, cum & illud unus pro omnibus dixerit, & hoc cum omnibus, tamquam perſonam gerens ipſius unitatis acceperit. Ideo unus pro omnibus, quæ unitas eſt in omnibus.*

Pag. 46. col. 2. v. 11. 12. Tu es Petrus, &c. ADDE. & in Catena Corderiana in Iohann. ad cap. 1. v. 42. πέτρον δὲ αὐτὸν κληθήσεσθαι εἶπεν, παρωνομασθέντα ἀπὸ τῆς πέτρας, ἥτις ἐστὶν ὁ χριστὸς· ἵν' ὥσπερ ἐκ σοφίας σοφὸς, καὶ ἅγιος ἐξ ἁγιότητος, οὕτω καὶ ἐκ πέτρας πέτρος.

Pag. 47. col. 2. verſ. 52. 53. λῦσον αὐτὴ πάντων ADDE. & libr. 1. contr. Celſ. ἆρα γὰρ εὔλογον τὸ τοσαῦτα ὑπὲρ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων τολμήσαντα, ἵνα τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ πάντες ἕλληνες καὶ βάρβαροι κρίσιν θείαν προσδοκήσαντες, ἀποστῶσι μὲν τῆς κακίας, πάντα δὲ πράττωσιν ἀρεσκόντως τῷ τῶν ὅλων δημιουργῷ, παράδοξον μὲν ἐσχηκέναι γένεσιν, πασῶν δὲ γενέσεων παρανομωτάτην καὶ αἰσχίστην·

Pag. 55. col. 1. v. 21. Euthymius in Matth. 17. 20. & 21. 21. ADDE. Alias tamen aliter Montes interpretatur: velut in Catena Origeniana Combefiſij nondum edita, ad Pſalm. 120. 1. Montes exponit Angelos: & in Ierem. 51. 25, Montem exponit Babylonem, & deinde Diabolum: & in Ezech. 6. 2, optimates & eruditos homines, quod emineant præ cæteris, Montes appellari cenſet.

Pag. 62. col. 1 verſ. 52. 53. Tertullianus De oratione, cap. 7. Hilarius. ADDE. Origenes ex Catena Bibliothecæ Regiæ in Prophetas ad Ezech. 4. 10. καὶ ὁ ἓξ ἀριθμὸς, ὅστις πάθους σύμβολον καὶ κακώσεως. τοῦ σωτῆρος τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ πεπονθότος, καὶ ἐν τῇ ἀποκαλύψει ἰωάννου, τοῦ ὀνόματος τοῦ θηρίου τὸν χξς ἔχοντος ἀριθμόν·

Pag. 66. col. 1. verſ. 20. 21. cui per allegoriam placet nihil intelligi, quomodo, &c. ADDE. Idem in Luc. 11. 3. ex Catena Mazariniana: ἐπεὶ δὲ οἱ ἀπὸ μέρους ὄντες ἔχουσι τὴν λέξιν οὕτως· τὸν ἄρτον σου τὸν ἐπιούσιον δίδου ἡμῖν τὸ καθ' ἡμέραν, ἐπαπορήσωμεν αὐτοῖς, ἀλληγορίας καὶ ἀναγωγὰς φεύγουσι, τίς ἐστιν ὁ ἄρτος τοῦ θεοῦ·

Pag. 66. col 1. verſ. 27. & Cicero ſimpliciter *locos*; ADDE. & Lucretius *loca*.

Pag. 66. col. 1. verſ. 52. 53. ut manifeſte ex libro ipſius intelligi poteſt. ADDE. & in Catena Regia in Prophetas, ad Ezechielis 14. 16. ἡμεῖς ἔχει ὁ δανιὴλ καὶ τὴν αὐτὴν πνευματικὴν γνῶσιν, ὡς ἐγνώρισεν ἡ προφητεία αὐτοῦ. ἡμεῖς γὰρ σαρκικοὶ οὐκ ἔχειν. δυνατὸς γάρ ἦν, ὥς φασι, καὶ δῆλον, ὑπ' αὐτῶν γὰρ παρεδόθη τῷ ἀρχιμαγείρῳ·

Pag. 78. col. 2. verſ. 50. Origenes ADDE. in Catena Corderiana in Iohann. ad Ioh. 2. 15. μηδεὶς νομιζέτω τὸ πραχθὲν τοῦτο ὑπὸ τοῦ ἰησοῦ ἔλαττον εἶναι τοῦ νεκροὺς ἐγεῖραι, ἢ τυφλοῖς ὄψιν παρασχεῖν· οὐκ ἄνευ γὰρ θεϊκῆς ἐνεργείας οἷόν τε ἦν ἕνα ἄνθρωπον τοσοῦτον πλῆθος ἐκβαλεῖν, καὶ μάλιστα ἐξηγριωμένων καὶ φρονούντων κατ' αὐτοῦ·

Pag. 82. col. 1. verſ. 54. 55. Romanis Græci communicarunt. ADDE. Origenes in Pſalm. 4. 3. ex Catenis Regiis: ὁ μέν τις οἴεται περιφραστικῶς εἰρῆσθαι, ὡς καὶ ἕλλησιν ἔθος, τῷ τοιούτῳ χρήσασθαι σχηματισμῷ λέγουσι· υἱοὺς ἀχαιῶν, καὶ τὰ ὅμοια· πολλὰ δὲ τοιαῦτα φέρεται καὶ ἐν τῇ γραφῇ. ὧν ἐστι καὶ τό· βροτὸς γεννητὸς γυναικός. καὶ τό· ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐδεὶς ἰωάννου μείζων. καὶ αὗται γὰρ αἱ λέξεις αὐτὸ τοῦ, ἄνθρωποι, εἴρηνται·

Pag. 85. col. 2. verſ. 33. Attamen non repugnant, nam. ADDE. & *Deos Plato exiſtimat naturas incorporales, animales*, ut ſcribit Apuleius in libello De Deo Socratis: animalia quippe aliter definiebat ac Ariſtoteles, &c.

Pag. 94. col. 1. verſ. 5. à Sabellio amplificata. ADDE. Male autem ἰδιότητι vertit Ferrarius, *proprietatem*, quod *perſonam* ſignificat.

Pag. 98. col. 2. verſ. 49. 50. *eumque eſſe in corde*. ADDE. Pag. 83. ἐπεὶ δὲ ὁ δέκατος ἀριθμὸς τετίμηται ὡς ἅγιος] Infra Tom. 10. p. 149. ταῦτα δέ μοι ἐν ἀρχῇ τοῦ δεκάτου τόμου λέγεται πρὸς σε, πολλαχοῦ ὁρῶντι τῆς γραφῆς διαφερούσης προνομίας τετυχότα τὸν δέκα ἀριθμόν· Item in Catena Ghiſleriana in Ierem. ad cap. 32. verſ. 17, denarium numerum Origenes τέλειον καὶ θεοῦ οἰκεῖον eſſe dicit. Et in alia Regiæ Bibliothecæ Catena in Prophetas, ad Ezech. 4. 10. οὐκ ἠγνόουν γάρ τὸν οὕτως ἀκάθαρτον βορβορωσόμενον ἄρτον ἐν ἁγίῳ παραλαμβανόμενον ἀριθμῷ. ὁποῖος δηλονότι δεκάδος, καὶ ἑβδομάδος, καὶ τριακάδος, καὶ ὀγδοάδος, καί τινες τῶν ὁμοίων ἀριθμῶν·

Pag. 101. col. 2. verſ. 2. 3. χαρισμάτων ἀρχὴν ἔχει καὶ πηγήν· ADDE. Pag. 125. λῦσαι ἕκαστον τῶν περὶ τοῦ μυστηρίου τῆς ἐνσωματώσεως ἀσαφῶν] Eodem modo corrigiam calceamenti interpretatur Origenes in Catena Corderiana in Iohannem, ad cap. 1. v. 27.

Pag. 102. col. 1. verſ. 15. ταῦτα ἐν βηθανίᾳ] ADDE. Origenes in Catena quadam Regia in Ioh. 1. 28. χρὴ δὲ γινώσκειν ὅτι τὰ ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων βηθαβαρᾶ περιέχει· ἡ γὰρ βηθανία οὐκ ἦν πέραν τοῦ ἰορδάνου, ἀλλ' ἐγγύς που τῶν ἱεροσολύμων ἐστίν·

Pag. 104. col. 1. verſ. 26. ἐν αὐτῇ ἀριθμοὶ βίβλῳ ἀναγεγραμμένοι ἀριθμοί· ADDE. ταῦτα δὲ

μοι ἐν ἀρχῇ τοῦ δεκάτου τόμου λέγεται πρός σε, &c.] Peſſime hæc accepit Ferrarius. Verte: *Hæc autem ad te initio decimi Tomi dicuntur à me ſæpe in Scriptura denarium numerum eximia prærogativa impertitum obſervante.*

Pag. 109. col. 1. verſ. penult. & ultim. & ſeq. totam pericopen ſic emenda: Non autem ſic vocantur à *Manis*, hoc eſt *bonus*, quod idem ſcribit Servius in 3. Æneid. Ex μῆνα fit μηνογένης, atque item μηνόδωρος, & contracte μηνᾶς· Id nomen fuit Patriarchæ Conſtantinopolitani, ad quem extat celebris Iuſtiniani Epiſtola; non ut vulgo ſcribitur, Mennas. Sic Ἀπολλῶς contracte, pro Ἀπολλόδωρος· ſic Ἀρτεμᾶς, pro Ἀρτεμίδωρος· ſic Ἑρμᾶς pro Ἑρμόδωρος· ſic Θευδᾶς Act. 5. 36. & apud Ioſephum, pro Θεόδωρος· ſic Ὀλυμπᾶς Rom. 16. 15. pro Ὀλυμπιόδωρος·

Pag. 111 col. 2. verſ. 9. omnia perturbavit. ADDE. ὁμοούσιον τῇ ἀγεννήτῳ φύσει] Ferrarius, & loci hujus ſententia poſtulant ὁμοιούσιον·

Pag. 21. col. 2 verſ. 35. ὁ ἐξ ἀριθμοῦ· ADDE. Et Tomo 10. Comment. in Ioh. p. 190. c. οἱ δὲ ἑπτά) ἑξακόσιοι τυγχάνοντες τοῦ ἐκ τελείου ἀριθμοῦ οἱονεὶ ἐφ' ἑαυτὸν πολυπλασιαζομένου συνάπτονται·

ADDENDA ORIGENIANIS.

Pag. 46. verſ. 4. & 5. & libro 4. cap. 2. ADD. Vnde Antipater Boſtrenus Epiſcopus in Diſputationibus adverſus Origenem: περὶ μέντοι τῶν χερουβὶμ, ἢ τῶν σεραφὶμ οὐδὲν δυνάμεθα λέγειν, ἐξὸν τὸ μαθεῖν τὸν συγγραφέα παρὰ τοῦ Ἑβραίου, ὅπως καὶ ἔστιν ὁ παρ' αὐτοῦ σημαινόμενος Ἑβραῖος, ὅτι ὁ υἱὸς καὶ τὸ πνεῦμα ἅγιον τοὺς δύο σημαίνει· (lege σημαίνεται) *Itaque de Cherubimis & Seraphimis nihil poſſumus dicere, quod didicerit Scriptor* (Origenes) *ab Ebreo, qui quidem ipſe eſt deſignatus ab eo Ebræus, Filium & Spiritum ſanctum per eos ſignificari* Habentur autem illæ Antipatri Diſputationes in Eclogis Iohannis Damaſceni, quæ nondum editæ in Bibliotheca Claromontana Societatis Ieſu ſervantur.

Pag. 46. v. 44. Ex hoc dogmate aptum eſt. ADDE. illud è Tom. 2. Comment. in Matth. p. 204. b. εἷς δὲ ποιμὴν τῶν λογικῶν ὁ λόγος· & illud è Tom. 11. p. 259. d. τάχα δὲ καὶ τῶν λόγων Ἰησοῦ εἰσί τινες ἄρτοι, οὓς τοῖς λογικωτέροις, ὡς τέκνοις, ἔξεστι διδόναι μόνοις· & quod docet Tom. 6. in Ioh. p. 99. c, Chriſtum eſſe ἐκβαλεῖν ἤμελλε τὴν ἀπαιδευσίαν καὶ προπέτειαν τῆς ἐν ταῖς λογικαῖς ψυχαῖς ἀληθείας· & id quoque è Tom. 32. p. 416. d. ὅλης μὲν οὖν οἶμαι τῆς δόξης τοῦ θεοῦ αὐτοῦ ἀπαύγασμα εἶναι τὸν υἱόν, κατὰ τὸν εἰπόντα Παῦλον, ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης. φθάνειν μέντοιγε ἀπὸ τοῦ ἀπαυγάσματος τούτου τῆς ὅλης δόξης μερικὰ ἀπαυγάσματα ἐπὶ τὴν λοιπὴν λογικὴν κτίσιν· &c.

Pag. 117. v. 44. poſtulare poſſimus. ADDE. Præclarum hoc quoque è Tom. 32. in Iohann. p. 383. c. χωρὶς γὰρ Ἰησοῦ οὐδεὶς παρὰ θεῷ καθαρὸς γίνεται, κἂν παρ' αὐτοῦ νομισθῇ διά τινος ἐπιμελείας αὐτὸν καθαρὸν πεποιηκέναι·

Pag. 118. v. 17. *inſtaurare conatus eſt.* ADDE. Inſtauravit & ante annos propemodum quadringentos Bogonatus Hæreticus, Begardorum & Beghinarum parens.

Pag. 118. verſ. 52. ad ſummam perfectionem erepſiſſent. ADDE. Id confirmat alter ille locus è Tom. 32. in Iohannem, p. 404. b. ἐμέμνηντο γάρ, οἶμαι, ἄνθρωποι ὄντες, ὅτι ξένη ἐστὶν ἡ προαίρεσις τῶν ἔτι προκοπτόντων, καὶ ἐπιδεχομένη τὰ ἐναντία θέλειν οἷς πρότερον προείλετο· Mutabilem eſſe ait eorum voluntatem qui proficiunt, non qui perfecti ſunt.

Pag. 118. lin. antepen. ſcandalum huic præbere. ADDE. Damnoſum vero penitus iſtud quod habetur eodem Tomo, pag. 268. c. ὁ δὲ ἀναμάρτητος, καὶ μηκέτι δεόμενος τῶν νομικῶν θυσιῶν, ὑπερβέβηκε τελειωθεὶς τάχα καὶ τὸν πνευματικὸν νόμον, καὶ γέγονεν ἐν τῷ ὑπὲρ αὐτὸν νόμῳ·

Pag. 158. lin 9. pollui ultra non licet. ADD. Et Homil. 18. in Ierem. emendationem poſt mortem neutiquam ſuſcipere homines decernit, p. 163. d. & 164. a. ἐπὰν δὲ μετὰ τὸν ἐνεστῶτα αἰῶνα ἥκωμεν πρὸς τῷ τέλει γενόμενοι τῆς ζωῆς, ἤτοι πυρωθέντες, ἤτοι ὑπὸ τοῦ πυρὸς τῶν πεπυρωμένων τοῦ πονηροῦ βελῶν γενόμενοι, ὁπότε γινόμεθα. ἢ ὑπὸ τοῦ θείου πυρός, ἐπεὶ καὶ ὁ θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον ἐστὶν, ἐὰν γενώμεθα, φημὶ, ὑπὸ τοιοῦδε, ἢ τοιοῦδε πυρός, ὁπότ' ἂν γενώμεθα ἐὰν συντριβῶμεν, εἴτε ἀπὸ τοῦ καλοῦ σκεῦος γεγονέναι εἰς σωτηρίαν, εἴτε ἀπὸ τοῦ μοχθηροῦ σκεῦος γεγονέναι εἰς ἀπώλειαν, οὐκ ἀναπλαζόμεθα, οὐδὲ ἐπιδέχεται ἡμῶν ἡ κατασκευὴ βελτίωσιν·

Pag. 169. d. *ſed peccatores in pœnitentiam* ADD. Tomo quoque 20. in Ioh. p. 310. Dei nos ſimilitudinem aſſumere ait, cum mandatis ipſius obſequimur; Diaboli, cum ad vitia inclinamur: tum ſubjicit: καὶ ἡμῶν δὲ ἡ προηγουμένη ὑπόστασίς ἐστιν ἐν τῷ κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος. ἡ δὲ ἐξ αἰτίας ἐν τῷ ληφθέντι ἀπὸ τοῦ χοῦ τῆς γῆς πλάσματι· καὶ εἰ μὲν ὥσπερ ἐπιλαθόμενοι τῆς ἐν ἡμῖν κρείττονος οὐσίας, ὑποτάξομεν ἑαυτοὺς τῷ ἀπὸ τοῦ χοῦ πλάσματι, καὶ τὸ κρεῖττον τὴν εἰκόνα, καὶ τὸ ληφθὲν ἀπὸ τοῦ χοῦ τῆς γῆς, ὅλοι προσνεύσομεν ἐπὶ τοῦτον, ὁ κατ' εἰκόνα γεγονότες, ἐσόμεθα καὶ καθ' ὁμοίωσιν θεοῦ, πᾶσαν τὴν πρὸς ὕλην καὶ σώματα προσπάθειαν καὶ τὴν πρός τινα τῶν καθ' ὁμοίωσιν ἀπολείψαντες· & p. 317. a. ὅσον μὲν οὖν ζῇ ὁ ἄνθρωπος, οὐ φορεῖ τὴν τοῦ χοϊκοῦ εἰκόνα. ἀποθνήσκων δὲ, καὶ ἀναιρούμενος ὑπὸ τοῦ ἀνθρωποκτόνου, ἅμα τε συνέχει τὴν τοῦ θεοῦ εἰκόνα, καὶ ἀναλαμβάνει τὴν τοῦ χοϊκοῦ καὶ νεκροῦ. νεκρὸς γὰρ ὁ χοϊκός, ὥσπερ ζῶν ὁ ἐπουράνιος·